Figura geminorum valet ad omnem infirmitatem de splene || Et fiat
ascendente signo geminorum usque in 10 || Et quod sol sit super terram et sit
Jupiter etiam in geminibus non etiam stella fixa appreciabilis auro quia
splenem munit intus || Et propter quod istius figure
ad modum duorum corporum tortuose gerentium
usque ad umbilicum et ab umbilico et infra
sit unius corporis generans et in manu unius
rosam [?] et alterius baculus || Et fiat hec figura
de auro vel argento et fiat in die solis
in prima hora et in prima facie geminorum || Sed
in 2a facie vel in 3a non dicit utilitatis
damnum | De cancro

Figura cancri valet ad omnem infirmitatem
ventris et intestinorum et fiat ascendente signo
usque ad partem de prima facie || Et in facie
2a non valet ad istam infirmitatem || Sed aliqui
dicunt quod valet ad omnem infirmitatem intestini
in ~~[illegible]~~ recti vel intestinorum et respiciat quod saturnus et Jupiter
non sint retrogradi et mars sit in tauro || Et sit luna in augmento
luminis et quod sit sol in de cursu [illegible] in terra || Et quod sit
horoscopus super terram et non potest fieri nisi in die solis || Et fiat de auro
vel de argento || Et facias eam ad figuram unius cancri pedestris marini
et respiciat quod saturnus vel capricornus non sit in domo 6 vel 8
vel taurus in domo 7 || Et hoc totum valet ad colicam passionem
Et sequenti nocte vis facere istam figuram
in nocte et in prima hora cum nox
[illegible] immediate precedens diem
Jovis in prima hora illius noctis bonum
est || Et non docet facere aliam figuram
nisi [illegible] saturnus in 2a facie cancri
et sol in geminibus et saturnus sit
directus figura ista proficit ad
omnes infirmitates de [illegible] que fiunt
in [illegible] et in pedibus et in manibus sicut patet in hora experimenti
fratre [illegible] et in fratre petro de [illegible] et fiat figura stellam in hora